

realistische Position zeitgenössisch eine Ausnahme geblieben und seine Gegner hatten sich wohl zunächst durchgesetzt³⁷.

In der Mitte des 10. Jahrhunderts hat Abt Gezo von S. Marcellianus in Tortona (Piemont) das Eucharistiewunder des Pascasius fast wörtlich in seinen Traktat *De corpore et sanguine Christi* aufgenommen, samt der Absicht des Juden, die Hostie in die Latrine zu werfen. Zugleich hat er in ausgeprägt judenfeindlicher Wendung dazu aufgerufen, Juden von christlichen Versammlungen fernzuhalten, insbesondere wenn das Messopfer gefeiert wird³⁸.

37) Eine ausgewogene kurze Darstellung der Position von Pascasius Radbertus gibt Andreas RINKEL, *Die heilige Eucharistie*, in: *Internationale kirchliche Zeitschrift: neue Folge der Revue internationale de théologie* 37,1 (1947) S. 1–30; 40,3 (1950) S. 156–177; 40,4 (1950) S. 260–278; 41,1 (1951) S. 3–12; 41,2 (1951) S. 65–85, hier 40,4 (1950) S. 260–263. Siehe auch CHAZELLE, *Eucharist* (wie Anm. 34).

38) Gezo Dertonensis *liber de corpore et sanguine Christi* (MIGNE PL 137, 1853) coll. 369–406, CAP. XXXIX. *Judaeos ab omni conventu fidelium arcendos, praecipue ubi Christianorum celebratur oblatio. In celebratione autem tanti mysterii cavendum valde est ne intersint haeretici vel pagani; praecipue vero Judaei non solum a liminibus ecclesiae, sed ab omni prorsus conventu fidelium sunt arcendi. Solent enim nequissimi et perditissimi omnium hominum cum principe suo diabolo vitalibus de-trahere sacramentis, quantumque in ipsis est, ausu impio conari, quo valeant pretium redemptionis humanae profanare atque polluere, quod olim beatissimi Syri confessoris tempore manifeste deprehensum dignaque est ultione punitum. Qualiter vero actum sit, quia magnam habet Domini laudem, sicut in Vita praedicti confessoris legitur, huic capitulo putavimus inserendum. Perfectis igitur templi sive altaris dedicationis insignibus, beatissimus Syrus quotidianas Deo laudes in eo et hostias offerebat. Una autem dierum, dum missarum solemnitas singularis pontifex ibidem celebraret, et copia filiorum ejus, quos verbi semine juxta Apostolum Deo genuerat, devota sanctis mysteriis interesset, audacter Judaeus in eum ingressus, maligno instigante spiritu, corpus Dominicum suscipere, eumque in sterquilinum projicere molitus est. Qui inter turbas fidelium ad manus viri Dei perveniens, ausu nefario immundo ore corpus suscepit Dominicum. Quod ut ad rejiciendum os aperuit, digna ultione percussus sine effectum verborum, cunctis audientibus et videntibus, clamare coepit. Volebat labia jungere, nec valebat, sed lingua rigida loquendi officium non praebebat. Et quasi ignitum jaculum in ore portans immensis torquebatur doloribus. Resonabat omnis illa ecclesia ineptae vocis clamoribus, et de tam egregii virtute miraculi Christi fidelium laetabatur conventus, impleturque illud. Derisores ipse deridet; et quod Apostolus ad Galatas scribit: Nolite errare, Deus non irridetur; quae enim seminaverit homo, haec et metet. Judaeus autem et incredulus nec audierat id est fraudem ista praeconia (sic), qui sancto Spiritui putavit stropham inducere. Quem vir Dei suo conspectui praesentari praecepit, atque advenienti dixit: Incredula et perfidiae mens plena, quare tam iniqui hostis implesti consilium, ut aestimares corpus Christi corpus vilissimum? Ecce quod clandestinus persuasor te miserum illexit ut faceres, cunctis fidelibus suis divina virtus ostendet. Judaeus autem, nimio dolore superatus, voces emittere absque sermonibus non cessabat habens in gutture suo malitiae cruciatum, quia secundum sanctissimi vaticinium Sime-*